

2371

## C O D I C E S

2372

*Ecce nostra studia uotiuue sunt completa.**Ipsi laus et gloria quem nulla claudit meta.*

*Explicit Amoris speculum.* Autor mihi ignotus, qui *Speculorum* et *Speculatorum* numerum auget, quorum Catalogum texere liquis aggredere, non ingrati Literatoribus operam locaret.

*Paul. Colomesius* in not. ad *Lil. Greg. Gyraldum de Poetis* edit. Lugd. 1696. p. 295. cum *Sidonio Gram.* quodam, cuius Fragmentum de *Vocibus Animantium* erat inter Schedas *M. Zuer. Boxbornii*, ut ipse ad *Plautum* edit. 1645. p. 565. testatur, quamvis non incredibile videri queat, Librariorum imperitia *Aelium Donatum* metamorphosin in *Celidonium* subiisse. Ut ut fit, ab hoc certe diversus Noster aut ab *Hirundine* (Χελιδων) aut a *Coeli Donis*, quod malim, nomen sibi finxit; pietatis enim et morum Praecepta omni Hominum conditioni opportuna barbaro tamen stilo, et rhythmis fatiulcis depromit. En initium:

## DCXXI.

468 Codex partim chartaceus, partim membraneus lat. Sec. XV. Folior. 170. 4. rubricis distinctus continet sequentia: I. *Celidonei doctoris Librum de Presagijs multorum auizamentorum*, ut e calce praeoccupo. Artem grammaticam *Celidonii*, *Celdonii* seu *Cledonii Rom.* Collectioni suae inferuit *El. Putschius* ad pag. 1856. Hunc *Celidonium* eundem putat

*Compilauit librum de auizamentis**In trono iudicis considentis**In laudem ihesu suauis omnipotentis**Ut quiuis in suis fracturis sit auizatus**Et a spiritu docibili sit compulsatus**Nam tytulus libri est de presagijs auizamentorum**Nullus maledicit libro nisi sit de numero dampnandorum &c.*

Capita in uniuersum censentur L. quorum Summaria ad calcem adiecta sunt. Multa in iis de Sacerdotibus, simoniacis, de Concubi-

nariis, Quaestuariis &c. Caput 28. agit de *Fraternitate Leprosorum*, ubi inter alia:

*Verissima leprosa prouenit ex nimia luxuria**Et ex frigiditate dicit Rosarius in medicina**Leprosus facit leprosum in simili complexionem &c.*

quae

2373

## A S C E T I C I.

2374

quae Luem Veneream jam Autoris aetate innuere videntur. De hac aetate statui aliquid potest e *Cap. 38.* ubi *Urbanus V.* qui ab anno 1362. ad an. 1370. fedit,

dataque ab eo in honorem B. V. Mariae peccatorum Venia memoratur. *E Cap. 46. de Modo studendi* vide, quales Libros norit et commendet Noster:

*Vocabularij sunt varij et meliores conscribantur  
Brito breuilogus Huwicio tunc termini notificantur.  
Etiam sunt vocabularij iuristarum  
Morborum et barbarum &c. Item:  
In didaskalkon bugo  
Doctiloquium cassandri secundum ordinem alphabeti  
Distinctiones magistri ganffriedi  
Distinctiones Johannis de asia  
Super iohannem placabilia (praedicabilia?)  
Compendium theoloyce veritatis  
Manipulus florum ad probandum per doctores maxime utilitatis  
Distinctiones magistri gronert et Gwydonis —  
Epistolas pauli cum glosa literali  
Postillas sancti frumentii  
Liber consolationis theologicae contra turbata  
Innocentium de vilitate humane miserie correctiua  
Bipartitum naturalium mysticatum  
Lumen anime beati augustini magnum  
Liber figurarum veteris et noui testamenti  
Prolongat materiam predicanti &c.*

Varia hic occurrent Bibliographo; vix tamen Scriptum Seculo XIV. recentius. *Compendium Theologicae Veritatis Hugoni de Argentina, Manipulus Florum Thomae de Hybernia, Consolatio Theologiae Johanni de Tambaco, Figurae V. et N. T. Antonio de Rampegollis* debentur. *Lumen Animae* a Math. Farinatore Carmelita Vienn. an. 1477. ad Augustana Prela promotum non alibi vidi Augustino tribui. Quid vero *Postilla S. Frumentii?*

Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

II. fol. 115. Varia Collectanea Theologica Praedicatoribus ad Sermones partiendos pro aevi more opportuna.

III. fol. 146. in Membrana: *Incipit modus confitendi et satisfaciendi.* Pag. praecedenti inscriptum eadem manu: *Matheus de cracouia doctor valentissimus nec non Arcium liberalissimus inbutor presens liber de decem preceptis et eorum obseruacione et de distinctione peccatorum mortalium.* Licet itaque fol. 161. ubi de Pecca-

2375

## C O D I C E S

2376

Peccatorum distinctione Sermo est, legatur: *Incipit novus tractatus, et ad calcem: Istum ultimum tractatum scilicet de distinctione peccati mortalis et venialis composuit vir Sapientissimus magister Matheus de Cracovia sacre pagine eximius professor ac Artium valentissimus doctor, totum tamen Opusculum ad Eundem pertinere videtur. Non tamen illud est, quod ei Cod. XC. perperam tribuitur, sed incipit: Quilibet peccator uolens confiteri antequam ad Sacerdotem vadat &c. et finit: ad alia impertinentia quod esset mortale. Nemo, quod sciam, eorum, qui Matthaei nostri Scripta enumerant, ejus meminit. De illo dictum ad Codd. varios, ut Index manifestat.*

IV. fol. 166. p. 2. *Hic docetur qualiter placitandum sit in iudicio spiritali et hoc secundum iura canonica. Libellus constans Capp. XII. incipit: Quoniam in tractando iudicio magna est necessaria circumspectio &c. agitque de Personis in iudicio intervenientibus, de iudicii processu, Citationibus &c. ultima sunt de Petitione scribenda, quae finiunt: Acta sunt hec coram istis. et cetera. Subjecit festivus Librarius: Explicit explicet ludere scriptor eat. Ita et alia Spatia vacua membranae variis Notulis conspersa sunt, interque eas latine et teutonice *Quinque Mirabilia:**

*Balneator sine sudore  
Molitor sine furto et pudore  
Histrio equorum sine mendacio  
Pickbardus sine bombifacio  
Lusor sine periurio.*

## DCXXII.

819 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 22. 8. dicatus honoribus *Octaviani II. Fuggeri L. B. in Kirchberg et Weissenborn* continet Rhythmos pios, qui inscribuntur: *Ein schöne vnd tröst-*

*liche Betrachtung des todes. Ein schön Gebett. Ein kurtze Erinnerung von dem Jüngsten tage. Ein schöner christenlicher spruch, adjecta exhortatione profaica. Poetam infimi subfellii vel hic ingressus prodit:*

*Der todt baltet gar vöft sein recht,  
Er zuckht den könig Als den knecht,  
Wir sindt alle in seinem gewalt,  
Er Nimpt vngefärlich Jung vnd Alt, &c.*

## DCXXIII.